

à meo ibi hospite (nam tum adhuc in cœlibatu vixeram) Dn. Joh. Ge-
benhofero, Viro consulare cognovi,
cum oppidum illud montibus cin-
etum, qui scatent arboribus resinife-
ris, & plantis pingui succo dotatis,
non quidem singulis annis, sed æsta-
te tantum fervidiore, Mannam fat
copiosam cælitùs delapsam, reperi-
ri foliis arborum adhærescentem
conspici, exin mihi in votis, ut offer-
etur occasio, rem illam in Germa-
nia insolitam, meis oculis usurpandi,
laus & gratia sit superis, quadam
æstate circa mensem Augustum,
cum summo diluculo in vicinum
montem ascendisse, inquirendo-
rum simplicium causâ (cum ibi in
copia succrescant Nardus celtica,

Rhodia radix, Gentiana major) meo
conrigit potiri desiderio, à famulo
meo ad editorem locum deductus,
qui prior conspicatus arbores candi-
cantes, & cum proprius accessisse-
mus, depræhendimus illas Manna
obduetas, quasi nive cōspersas, cum
singulari animi voluptate spectan-
do. Post triennium, cum essem vo-
catus ad Illust. & Gener. Dn. Dn.
Andream, L. B. de Stubenberg / ex
colicâ graviter decumbentem, inar-
ce Gravenburg / (quæ sita supra mō-
tem excelsum & tribus tantum mil-
liaribus distat ab illo oppido) & fa-
mulus meus quadam matutinâ ex-
spatiatus, in vicinis locis montanis,
se consimilem vidisse materiam fo-
liis arborū insidentem, mihi retulit.

EPISTOLA XVII.

*Ad quendam Philiatrum contra eos, qui semini fæmineo dero-
gare solent non solum principium actiuum, seu facultatem
plasticam, sed & negant principium materiale.*

Nter Medico-philoso-
phos factionum res est,
dum plerique semini fæ-
mineo principium acti-
uum & materiale attri-
buunt, pauciores vero, præsertim
Aristotelis Sectatores, inter eos D.
Casparus Bartholinus Danus, illi
patrocinando, semini fæmineo vim
quidem plasticam adimit, sed in eo
divortitum facit, principium mate-
riale non sanguini menstruo, sed il-

lius semini assignans, ad id statuen-
dum impulsus à monstribus ex diverso-
rum animalium concubitu progeni-
tis, matris similitudinem ac formam
referentibus: his omnibus se oppo-
nit quidam Neotericus, ab Aristote-
lis sententiâ ne latum unguem rece-
dens, utrumque negat, semini fæ-
mineo non solum derogando fa-
cilitatem plasticam, sed & infici-
endo principium materiale, id san-
guini menstruo imputando.

Notum

Notum illud Græcorum: ο λόγος
επιταλαῖοι λόγοι, rationes reverberant, aut evertunt rationes. Et si Author ille in tractatu transmisso, opinionem suam, vel potius Aristotelis placitum, de semine fæmineo duplicatis lacertis, propugnare contendat, varia argumenta ad id sufficiendum opponat, sed ea tanti roboris haud aestimanda, ut in sua basi firmiter subsistant, quin vel unico afflato disspellenda, obversis exemplis monstrorum ex commissione diversi generis animalium pronatorum, quæ suâ formâ ac similitudine, majori ex parte, matres repræsentant. Id sit adamantineum scutum, ad omnes illius, iactus excipiendo, avertendos Haud à scopo alienum hîc velut in campo aperto, nonnihil latius expatriari & quædam, sed rariora tantum exempla, producere in medium, illius opinioni refragancia, quæ rem illustriorem reddant, ut illo velut jubare solari, magis relucescat veritas.

Choragus sit ipse Galenus, qui lib. 2. de Sem. ex coitu diversorum animalium speciem totam mutari & plus à matre provenire assérerit, proponens exemplum Canis & Vulpis, ex quorum commissione, si canis mas vulpis speciem effici, si contra, in canis formam evadere, ut ex Vulpes, vulpes canina, ex cane, canis vulpinus progenetur.

Majoris roboris gratia subjiciam

tria tantum notabiliora exempla petita à coitu belluino cum humanâ Gente. Olaus & Johannes Magnus fratres, & ambo Episcopi Upsalenses, referunt: Cum in agro Suetico, Virgo ab Urso rapta, constuprata & imprægnata, instante partu, enixa sit puerum pilosum, sed omnibus membris formâ humanâ conspicuum, ab eo cum adolevisset, & uxorem duxisset, filium procreatū, à quo postmodum aliquot Reges Daniæ proseminati. Siquidem istorum fides suspecta, suffragium ferat Saxo Grammaticus Historicus, idem astruens. Ambrosius Patæus lib. de Monstris, duo exempla rariora proponit, quorum alterum de nefariâ copulâ mulieris cum cane, exin fatus pronatus, semihominis & semicanis effigie, qui ab umbilico sursum versus humanam, hoc est, matris formam integrum referret, deorsum verò, Patrem, hoc est canem, cruribus & pedibus hispidis repræsentaret. Alterum, de coitu hominis masculi cum scrofa, exin monstrum editum semihominis & semiluis effigie, capite, facie, omoplatis & anterioribus pedibus cute glabra, humanam speciem, toto corpore nefredis, sive porcelli setosi similitudinem exactè exprimeret;

Unicum adhuc exemplum subiectam de promptum ab ætu venebro humano diversarum Nationum. In Hispania & Italia (id mihi haud pridem

pridem ex relatione primarii Senatoris Reip. Ulm. qui diu apud Genuenses negotiorum causâ commotatus, innotuit & oculatus testis, fide dignissimus id denarrantem cum admiratione & animo libenti audi vi, vel hac de causâ gratiùs, quod exin luculentum capiendum documentum, contra Aristotelis asséclas, abnuentes semen muliebre habere facultatem conformatricem, imò nè materiam quidem subministrare multis in locis esse licitum ac concessum Viris Christianis candidis fæminas Æthiopicas captivas, sed prius Sacramento baptismatis initiatas matrimonio sibi jungere à quibus liberi progeniti, formâ & colore similes Matri, totius corporis habitu nigerimo, dentibus & oculis candidissimis, more Æthiopum.

Hicce præmissis, quis tam exors Rationis, ut statuat, istum effectum causari à sanguine menstruo, qui tantum inservit pro alimento, unde igitur amabò illa similitudo, nisi à feminali principio materno, nò materiam solum suppeditante, sed & facultate plasticâ instructo, cum nulla materia (omnium Philosophorum consensu) per se sit activa, sed mere passiva, omnis actio à formâ cuiusque rei specificâ proficiscatur, velut primario Naturæ instrumento. Etsi similitudo speciei causæ materiali sit assignanda, tamen non talis materia fingenda, quæ iners, aut ociosa, sed

quæ virtute & facultate formatrice dotata: Si quis tam obstinatus ac refractarius, ut detrectet semini fæmineo dñm pñr wñras in hñ, at si mens non obfuscata, materiale ad minus principium admittat, necessum est.

Julius Cæsar Scaliger librum decimum Aristotelis de Historiâ animalium è græco transtulit in lingam latinam, & insuper commentariis illustravit, afferens, contra omnium aliorum interpretum mentem, librum illum esse genuinum Aristotelis partum, in quo disertè fatetur & agnoscit, semen famineum. conferre ad constitutionem fætus. Si authoritate pugnandum & standum, an non tanti viri, de quo Lipsius lib. I. Epist. eum Sapientiâ pñnè similem Dñs immortalibus, asseverare non dubitat, limatum judicium, cæterorum conjecturis, meritò preferendum. An non cælestis Cancellarius, ipse Moës in Genes. apertè tradit: semen muliebre esse facundum, dum ait: semen mulieris conteret caput serpétis: is videlicet, qui exin formatus & natus. An non authoritas Mosaica, omniū Philosopherū placitis sinistris præponenda.

Etsi illic causa efficiens ac conformatrix hyperphysica cooperante Spiritu sancto, attamen, quin causa materialis, semen muliere, ex quo conformatio facta, fuerit naturalis, quis negare ausit. Si quis semini fæmineo facultatem plasticam detra-

S

here

here contendat , ad minus principi-
um materiale admittat , necessum
est. Nisi quis velit ipsi Rationi re-
fragari , & contra luculentos sensus
pugnare. Prout superius, haud frivo-
lis rationibus & exemplis , est de-
monstratum.

Cum tali litigare videtur inanis
esse labor , perinde ac ignem ferire
gladio. Producuntur aliquot exem-
pla cadaverum muliebrium, in quo-
rum testibus resectis nullum semen
repertum. Ergo in omnibus, vel ple-
risque ita comparatum? O quam in-
valida sequela à particulari ad uni-
versale. Ego ipse met hisce oculis lu-
stravi , in publicâ anatomia Patavina-
na , ante 60. annos , manuim admo-
vente Fabricio ab Aquapendente, in
Theatro assidente & cum admirata-
tione spectante Jacobo Zabarella,
Philosopho Petipatetico celebra-
tissimo , resectis cuiusdam feminæ
testibus, semen copiosum & crassum
deprehensum. Casparus Bartholin⁹,
Philosophus Danus , qui alias Ari-
stotelis assecla , asserit , quod in aper-
tis cadaveribus earum , quæ diu à
coitu sibi temperarunt , in vasis se-
men observetur circumfluere , & in
testibus copiosius ac perfectius , &
nonnunquam adeò copiosè effundi,
ut dissectorum impeditat. Peritis-
simus ille Anatomicus Riolanus re-
fert , se in testibus virorum vel nul-
lum, vel exiguum semen observassè ,
in mulierum autem testibus copio-

sus , sed seriosus: post mortem se-
minalē humorem , dissipatis spiriti-
bus, exiguum superesse, præsertim si
æger chronicò morbo confectus ,
decesserit. Qui tam luculenta & oc-
ulari fide probata repudiare velit,
mihi videretur haud absimilis ei , qui
solem, cœlo etiam sereno, in meridi-
cere, negare ausit.

An non illud grandius parado-
xum , omnes fœminas habere testes
& vasa spermatica , interim negare ,
omnes habere semen , & quæ habe-
ant ex mille millenis, vix unam repe-
riri , cui obtrigerit fæcundum. Sed
datis ac concessis causis semen gene-
rantibus, vasis scil. spermaticis & te-
stibus, quid per Deum immortalem ,
erit obstaculo ac impedimento (in
fanis, non morbosis,) quò minus Na-
tura Generationi intenta suū desti-
natū scopum attingere valeat, alias
illa organa temere à summo opifi-
cè , sexui fæmineo essent attibuta.
Si è mille millenis uni solum fæcun-
dum semen obvenit, unde quæso ar-
tificiosa conjectura captanda , aut
quis Genius revelavit, rem ita se ha-
bere? Ego invertam potius & jure
meritoque dicam , ex mille millenis
fœminis pauciores reperi , quarum
semen ~~ayor~~ , luculento sit testimo-
nio , tanta hominum multitudine , &
tanta fætuum ad Matrem similitudo.
Si illa sententia probanda , jam
dudum Genus humanum è medio
fuisset sublatum , aut totius orbis
terri-

territorium; ab incolis desolatum. Enenim cum absque semine fœmineo nulla conceptio fieri queat, sive activum, vel saltem materiale principium concedendum, ut ex illius crastamento partes spermaticæ effingantur. Si ex mille millenis vix uni obtingat semen fœcundum, calculus facile subducendus, quanta hominum raritas sit obvientura. Objectio de prompta ex lib. 14. de usu part. Galen. quod fœmina ex se generare posset, si semen haberet fœcundum. An non regerendum, rerum omnium conditorem pro summa sua sapientia, in primâ statim creatione ita constituisse, ut ex consortio maris & fœminæ, totum genus humana propagaretur, cujusque semini peculiares attribuens facultates, ex in utriusque commissio requiratur. A ratione haud alienum, in Generazione, Semen maris, majorem vim conferre, ob calorem & spiritus Mechanicos seu Archæos potentiores, formam vitalem communicando, & semen fœmineum, ob segnitiem, excitando, in actum deducendo, & ad inferiores ac subservientes formas disponendo, prout superiorius illustribus monstrorum exemplis, abunde est demonstratum, non omnem agendi facultatem, semini muliebri esse derogandam, si quis dextrè, absque ullo præconcepto affectu, judicare velit, neminem fore automo, qui refragari ausit. Cum & ipse Ga-

lenus lib. 2. d. Sem. c. 5. similitudinis fœtus ad matrem, causam assignare non dubitet, semini ejus prævalenti; Sed quid respondendum ad illud dubium, quod sicut Gallina absque coitu Galli, ova non minùs edat subventanea: ita fœmina molam ex se, sine viri commercio concipere valeat? Etsi multa in secretis Naturæ recondita, Rationi exactè haud exploranda: tamen prostant exempla sexus fœminæ, quæ absque contutidine virili, molas edidere. Johan. Fernelius lib. 7. d. Gen. hom. afferit: rudiiores Molas (sensus & motus expertes) sine virili irradiatione conceptas. Martinus Weinrichius Medicus in Epist. ad D. Libavium, proponens quæstionem, utrum Mola gigni possit absque semine virili, in affirmativam inclinans ait: Vidi cum aliis Medicis in puellâ Molam ingenitis magnitudinis: confirmabat hoc magis, quod antea illius soror æquæ Virgo, nullâ amissi pudoris suspicio ne, ex Molâ interierit, ex pollutione nocturnâ, semine in matricem conjecto. Idem confirmat Petrus Joh. Faber, Medicus Gallus, in suis Observat. exemplo Virginis Nob. 34. annorum, quæ ab aliis Medicis tympanitica judicata, cum Molam absque concubitu generari non posse existimarent, se autem statuere illam produci ex semine muliebri in utrum delato, ibique à calore innato & spiritibus mechanicis disponi, ad

Ss 2

imper.


imperfectam illius monstri genera-
tionem.

Sed mittam ista, suam cuique o-
pinionem liberam relinquens : di-
splicer tamen absurdâ vetera , du-
dum pñè ab universo Machaonio

choro explosa & solidè refutata
postliminiò revocare , & exin ina-
nem laudem venari. *Πιλοτιμία & κι-
νδύνες* obfuscant mentem , et si quis
rectiora cernat , tamen non cedat.

EPISTOLA XVIII.

*Ad quendam primarium Medicum de differentiis & causis
spasmi, præsertim stridoris dentium, in febribus
ardentibus.*



Heses de convulsione
differentes , rerum no-
varum desiderio fla-
grans , ilicò perlustravi.
Sum enim magnus li-

brorum Heluo , ut existimem , arcu-
lam avari citius repleri pecunia pos-
se , quam rerum utilium cognitione ,
exatiari meam mentem . Cum haud
pridem , amica dissensio inter nos
suborta , de causâ stridoris dentium ,
succedentis febri continua sat ar-
denti , te spasmodum illum musculo-
rum mandibulas moventium , à re-
pletione suum habuisse proventum ,
asseverante : me autem ab inanitione
febrili calore , humidum absu-
mente primigenium , illud
prodiisse , dictitante . Haud dubiè
theses illæ eum in finem mihi vi-
fendæ sunt communicatæ , cum ea-
rum Author , convulsiones à solis
malignis vaporibus irritantibus ner-
vorum propagines , causari , ex toto
rejectâ inanitione & repletione , li-

terarum monumentis tradere , haud
sit verecundatus , ut exin innotesceret , complures reperiri Medicos ,
tuæ sententiæ suffragantes & adstipulantes . Convulsio multorum Me-
dicorum mentem convellit , ut se ex
hoc labyrintho extricare , haud que-
ant , *Thesei opus filo videtur , cuius*
duetum sequentes , se expedite , &
*tandem ad veritatis portam pertin-
gere valeat : ut aliquid opis adferre
liceat , & ego ingenii mei nervos ,*
nonnihil intendam.

Controversia illa dudum mihi sat
cognita . Elapsi namque 60. anni ,
quod Theses Thomæ Erasti (qui ra-
men non primus author , sed pre-
cursorres habuit Avicennam & Aver-
rhoen : nec Galeno id ignotum fuit)
de spasmo tractantes , (quibus vul-
gari ac tritâ priscorum Medicorum
statuentium repletionem & inani-
tionem , opinionem eliminatâ , pro ob-
tinendo suo intento , convulsionem
à vaporibus tantum malignâ qualiti-
tate